



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 235. Et acetum offerentes ei. v. 36.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

Domine Iesu misereor tui in tanta afflictione, supra humanum captum
attentata; sed tu dixisti, ut magis miseranter animæ meæ, quæ in talis
opprobrijs æternitatem incidere potest. Ecce Domine hoc facio, quæ un-
quam male egi, dixi, vel cogitau ea detecto, & auerter, & confitebor, &
expiabo.

§. 235. Et acerum offerentes ei. v. 36.

En Fabricator fontium, & mellis, & lactis & saccari & aromatum:
Dominus & vini & siceræ & balsami, iste potatur aceto. Sed quare aceto?
& quidem antequam diceret fit? Quomodo hoc inuentum venit in mi-
litum mentem? quid eis cum acero? Credo sanè quod videntes illum ad
omnia tacere, & pœ verecundia faciem ante se demittere, opinatur fuisse
quasi animo deficeret, siue deliquum pateretur, & sic ad conceptum aceti
peruenisse, nisi aliud acerius acumen sublit huic aceto! Sed ista excitatio
per acerum & confortatio cerebri, si vere ei necessaria fuisset, & ab illis in-
tentata, tamen ad maiorem acerbitudinem tendebat, ut nimirum viuacius au-
ditet opprobria sua, & sic oblatio ex se bona in eo casu siebat mala, ex in-
tentione pœ beatis.

O Deus! quo non est progressa tua adiuventio? nimur in patiendo
per malitia hominum. Certe offensas Dei in te satis expiasti. iniuriana
Dei vltuses in te, quia ipsa infirmorum solatia versa sunt tibi in tormenta.
Tibi igitur gloria sit æterna ad Patris dextram. Amen.

§. 136. Et dicentes: si tu es Rex Iudeorum saluum re fac. v. 37.

Vt milites placerent Iudeis, et si ignorantem vim calumniarum & ar-
guitarum, quas effundebant Iudei, ipsi tamen reperendo imitati sunt, &
sic Dominus noster scandalis istis Gentium, quæ à Iudeis accipiebant, et-
iam cruciari debuit. Neque sane leuis est punctura animi, si hi quoque ex
inimicorum ore opprobria dicant, quæ ipsi non intelligunt quæ effutiunt.
Toleramus, si inimicus maledicit nobis; si pueri & fatui inimicos, maledi-
centes imitantur vehementer certe compungimur, vulneramur & dare in
animo angimur.

Domine ista & talia omnia venerant super te, quasi pluia, & ideo es
dignissimus, qui tanta in cruce passus, toto orbe terrarum nunc hono-
reris in cruce. Bene igitur Ecclesia Romana fanciuit, tibi usum frequentis-
simum crucis & Crucifixi, etiam in coronis Regum & Imperatorum. O
Domine per crucem tuam prosperè procede & regna contra iconoclastas,

V. 3

contra